



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

54. An servi valide possint emittere vota? Ex p. 7. tr. 7. r. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

ere, quia in eo seruis tam huiusmodi suo officio & munere fungitur. Respondeo, ius esse seruo, id facere, nam dummodo seruis nullum cultum Idolo tribuat, tunc potest suo domino inferuire, id enim officij præstare solet domino suo, tum in templis, tum extra templum: quemadmodum etiam Christiana ancilla à Paganis capta, & caudam vestis dominæ suæ gestare solita, tuta conscientia genuit, cum cum domina in templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente, quia id quoque facere ubique consuevit. Quare igitur, inquit, si id est licitum facere, petiuit Nahaman ut ipsi Deus ignoscere? Respondeo dubium fuisse Nahaman, utrum iure posset id obsequij genus domino suo Idoli cultori præstare, immo fortassis veretur, ne id graue peccatum esset; & proinde impensè postulauit, ut Elisæ precibus id iuris sibi à domino concederetur. Elisæus autem nequaquam soluit legem diuinam, neque enim poterat in eo, quod est per se, & intrinsecè malum, legem aliquam soluere, & excipere, sed concessit ei rem sua natura indifferentem, quam tamen ipse anceps animi, tanquam bona mente præditus putabat, aut etiam veretur esse interdictam, Deoque proinde odiosam, ac detestabilem: quod Abulenſis, & Lyanus prudenter obseruauerunt.

2. Et idè ego puto non peccare seruum Christianum in partibus Infidelium, qui præstat obsequium domino suo sustentando eius brachium, etiam cum genua flectit, vel seruam, quæ gestat caudam dominæ suæ, & vna cum illa genua flectit. Ratio est, quia etiam extra Tempia idem obsequium præstant: quod autem idem faciunt in templo, id se habet per accidens. Et hanc nostram sententiam docet Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 7. num. 32. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 7. quibus etiam adde Thomam à Iesu de procuranda salute omnium gentium lib. 5. part. 2. dub. 6.

RESOL. LIII.

An serui teneantur defendere vitam Dominorum cum periculo vitæ? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 50. alias 49.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Machadus de Perſ. Confess. tom. 2. lib. 6. part. 7. tractat. 13. docum. 1. num. 1. ubi sic ait: *Se ha de aduertir, que se- gun expressamente disponen unas leyes del Derecho comun, i Real, si algun esclauo teniendo noticia, que contra su señor, ò su muger, ò hijos se intentara alguna afechança, ò traicion, ò cosa semejante no solamente para quitarles la vida, sino tambien para hazerles algun agrauio de heridas, &c. ò si peleando alguno de sus señores corria peligro su vida; si el esclauo no fusio à la defensa, manifestandoles la traicion, que contra ellos se traguaua, ò no les defendio su vida con su propia persona, disponen como digno, que incurra en pena de muerte; i esto aunque al esclauo le huiesse de constar la vida el defenderlos, sin que lo escuse el auer dado voces, i pedido socorro, quando por su persona pudo ayudarlos, ò defenderlos.* Ita ille.

2. Sed putat Molina tom. 4. tract. 3. disp. 13. memb. 5. n. 8. dictas leges nimis rigidas esse, nec obligare seruos ad defensionem vitæ domini cum periculo suæ vitæ. At Trullench tom. 1. lib. 4. c. 1. dub. 5. n. 2. primæ sententiæ adhæret: nam docet mancipia teneri cum periculo vitæ defendere dominos à malis imminentibus, quando non temerè se ingerunt in pericula: quod etiam docet Filiucius tom. 2. tract. 28. part. 2. cap. 3. n. 46.

Tom. VII.

RESOL. LIV.

An serui validè possint emittere vota? Ex p. 7. tract. 7. Ref. 5.

§. 1. **R**espondeo, quod seruis nullum votum reale potest emittere validè: nam quicquid seruis habet, domini est, siue ad personam, siue ad opus, siue ad res pertineat: vnde, nec potest emittere vota personalia, si ex toto, vel ex parte debitum domino obsequium perturbant, ut vouere Religionem, peregrinationem, à pera ieiunia, ea verò quæ non perturbant potest validè vouere ut orationes, castitatem, &c. Vide D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 8. Syl. verb. votum 3. q. 3. Et ita docet etiam Villalobos in summa tom. 2. tract. 34. dist. 6. n. 2. & alij communiter.

RESOL. LV.

An valeat votum seruorum collatum ad tempus libertatis?

Et an prædictum votum possit irritari à Dominis?

Et an valeant contractus seruorum collati ad tempus libertatis?

Et omnia supra dicta exponuntur etiam pro votis vxoris, & impuberum collatis ad tempus libertatis, & pubertatis. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 26.

§. 1. **P**rima opinio docet valida esse prædicta vota seruorum collata in tempus libertatis, & obligare secuta postea prædicta libertate, & non posse irritari à dominis, nisi pro tempore, quo dominis fuerint subiecti, v. g. si pro tempore vitæ suæ serui vouerint aliquid faciendum, siue libertatem consequantur, siue non consequantur, non poterunt ipsi dominis irritare talia vota, nisi pro tempore, quo serui illis fuerint subiecti, non verò pro eo tempore, quo libertatem consecuti fuerint. Hanc docent Lessius tom. 1. de inst. lib. 2. cap. 40. dub. 10. n. 82. Azorius tom. 1. lib. 1. cap. 17. quæst. 9. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 3. num. 2. & 3. cum aliis quos citant. Fundamentum est, quia nihil ad dominos pertinent vota seruorum emissa in tempus libertatis; quid enim ad illos attinet, quid postea serui sint acturi, profecto nihil; & quia hæc vota simpliciter sunt conditionata, quare non incipiunt obligare seruos, nisi post purificatam, impletamque conditionem aſſecutæ libertatis. Tandem, quia non est eadem ratio de voto professionis viri non consentiente vxore, atque de voto seruorum collato in tempus libertatis non consentientibus dominis, quia votum viri idè non obligat post mortem vxoris, quia vir id non vouit, nec mens illius erat, vt si nunc impediretur propter matrimonium, teneretur ingredi vxore mortua, neque dici potest teneri illum ratione professionis factæ, quia hæc ipso iure fuit inualida, vxore nolente, nemo enim potest donare quod est alterius; corpus autem viri erat vxoris, vnde etiam vir ratione professionis non tenetur seruare perpetuam, & obedientiam, quia hæc non habent locum nisi in Religione, & quia ille non habet Prælatum. Ad castitatem tamen tenetur ex interpretatione iuris, quia hæc vouere poterat inuita vxore, vnde viuente vxore, non potest petere debitum, tenetur tamen reddere, & mortua vxore non potest aliam ducere, vt docet Lessius tom. 1. de inst. lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 82.

2. Secunda opinio docet votum collatum in tempus libertatis, obligare quidem seruos, sed posse irritari à dominis. Hanc docet Syl. verb. votum. 4. volum. 4. p. 4. quæst. 2.

Pp 4 quæst. 2.

Sup. conten-
tis in hac
Ref. in hoc
Ref. lego do-
ctinam Ref.
primæ post
leg. pro irri-
tatione t. hui
votorum.

Sup. conten-
tis in hac
Ref. in tom.
8 tr. 4. in Re-
sol. 44. & 45.
& pro parte
hic infra in
Ref. seq. cur-
sim in prin-
cipio, & cum
Villalobos
in fine.